



Determinatio Theologicae Facultatis Parisiensis super doctrina Lutheriana hactenus per eam visa.

<https://hdl.handle.net/1874/353217>


DE TERMI
 NATIO Theologicę Facultatis
 Parisien. super Doctrina L V
 THERIANA hactę
 nusper eam visa,



N. 39. A.

Vænundant Antuerpię in officina
GVLHELMI Vorstermanni

*Ex Donatione U. Pelli
 onis.*



THE TRIUMPH

OF THE
CROSS
OVER
THE
WORLD
AND
THE
DEATH
OF
SINNERS
BY
THE
GOSPEL
OF
THE
SON
OF
DAVID
THE
MESSIAH
BY
THE
APOSTLE
PAUL
THE
FIRST
TO
THE
ROMANS
IN
THE
EPISTLE
TO
THE
ROMANS
CHAPTER
VIII
VERSE
35
UNTIL
NOW
BY
THE
GOSPEL
OF
THE
SON
OF
DAVID
THE
MESSIAH
BY
THE
APOSTLE
PAUL
THE
FIRST
TO
THE
ROMANS
IN
THE
EPISTLE
TO
THE
ROMANS
CHAPTER
VIII
VERSE
35

BY
GUY
RIBBON
AND
SONS
PRINTERS
AND
SELLERS
OF
BOOKS
AND
STATIONERY
15
MARKET
LANE
LONDON
E.C. 4

DECANVS ET

facultas Theologiæ Generalis Scholæ Parisiensis oibus Christi-
fidelibus cū sincero catholice veritatis amore, Salutem.



DAulus ille vas electionis, Euangelicusq; tubicē,
& gentiū doctor, Timotheū institūēs, vt curet
seipsum operariū inconfusibilem & probatum
exhibere deo, recteq; tractantē verbū veritatis
pphana hortatur & vaniloquia deuitare, quon-
niā hęc multū proficiunt ad impietate. Nam si semel recepta
fuerint mox serpet venenū, & obsolescet catholice doctrine
vigor. Siquidē hæreticorū sermo si animos aliqñ simplicium
occuparit, semper latius diffundetur, eosq; fallacibus errorū
inuolucris, quasi tenaci visco inuoluens, sensim a veritate ad
impietate nimiam deturbabit, & perinde ac cancer morbus
serpet, qui vbi corpus videntis attigerit, nō desinit paulatim
vicinas occupare partes, donec intulerit exitiū. Pleraq; hu-
iusce rei exempla recensere perfacile ē. Nam cū adhuc in ado-
lescentia sua ecclesia Christi sponsa florere cœpisset, surrexe-
re viri mendaces & impij, qui a veritate excidētes, fidē illius
subuertere molirent, quales fuerūt, Hermogenes, Philetus,
Hymeneus, & post illos Ebion, Marcion, Apelles, deinde Sa-
bellius, Manicheus, Arius. Senescēte vero eadē & paulo
an̄ tempora n̄ra, Valdo, Vviclef, & Ioannes Hus. Hac etiā
tempestate, de p̄genie illa viperarū suborti sunt, prohdolor
filij nequā, qui speciose matris nō habentis maculā neq; rugā
vniōnis vinculū schismaticæ discindere conant, vere similes
viperulis, vt em̄ illæ corrosis matrū visceribus nō exeunt pri-
usq; eas extinxerint, ita hi parentē ecclesiam exitiali suorum
dogmatū pestilentiq; veneno, multiplici nouarū inuentionū
scœtura, dum iuuare vident & venerari (licet inextinguibile)
potius tñ quantū in se est interimūt, non ferentes cū ipsi sint,
& ancillæ filij, & illegittimi, immo diaboli genimina, matris
ecclesiæ liberos legitimoscq; filios, nisi eos suis pestiferis doctri-
nis inficiant, & venenatis iaculis contorqueant, satagentes

4
speciem matris ac decorum temerare & contaminare. Cuius enim
facies sp̄ est & erit gratiarum plena, splendidissimisque ornatus.
Ipsa enim veluti regina a dextris sponsi sui in vestitu astat de
aurato circumdata varietate, legum, ceremoniarum, sacramento
rum, & honorum omnium ad presentem vitam futuramque conducentium.
Hinc virulentis suis scriptis & sermonibus illam lacerare non
cessant, & per viribus deturpare satagunt. Inter quos vnus vel
praecipuus existit quidam Martinus Luther quantum ex scriptis
compluribus eius nomine diuulgatis coniectare licet, si modo titu
lo credendum est. Ipse enim praenominatorum haereticorum dogmata
(instar prauaricatoris Ahiel qui contra Iosue imprecationem re
aedificauit Hierico) instaurare studet & noua confingere, qui
cum ad sobrietatem sapere minime didicerit, plus vnus sapere pro
sumit quam caeteri omnes qui in ecclesia sunt aut fuerunt. Omnem nempe
vniuersitatum scholarum suum ausus est praeferre iudicium, praesertim
quorumque vel sanctorum doctorum ecclesiae sententias contemnit,
& ut ad impietatis cumulatum addat, sacrorum sanctiones conciliorum
eneruare contendit, quasi scilicet ad fidelium salutem ne
cessaria Lutheri soli deus reseruarit, quae praeteritis saeculis
nesciuit ecclesia, & ad haec usque tempora in tenebris & errorum
caecitate suam sponfam Christus dimiserit. O impia & inuere
cunda arrogantia, vinculis, censuris, immo ignibus & flama
mis coercenda potius quam ratione conuincenda. Nonne enim qui
ita sentit & scribit prima fidei principia abnegat, & impieta
tem palam profiteatur. Nonne impium se prodat & infidelium quisquis or
thodoxae fidei, sanctis ecclesiae doctoribus, ac sacris conciliis
credere dedignatur. Is nempe cui credet quod catholicae ecclesiae
fidem habere detractat. Aut quomodo catholicis ascribet, quod ecclesiam
non audit, cum ex ore veritatis dictum sit. Si ecclesiam non audie
rit sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Porro ista est peculia
ris haereticorum insania, ut scripturas pro voto contorquentes
se se eas solos credant intelligere, solos se ad veritatem Evangelii
putent ambulare, solos se & quos falsa religione seducunt, sa
lutem consequi arbitrentur, nec cuiuscumque doctoris quantumuis
sancti aut eruditi, sed nec ipsius ecclesiae auctoritatem suscipe
re velint contra eam quam semel sibi praefixerint scripturatum in

5
telligentiā. Hoc comprobatur in sanis Montanus cum suis Priscilla
& Maximilla, sancti spiritus aduentum in se completum impij
me credens magis quam in apostolis. Hoc & impius Manicheus,
qui vanitate Luciferi seductus usque adeo delirauit, ut se spiri
tum sanctum a Christo missum assereret. Hoc item Secundinus
eiusdem Manichei discipulus, qui Augustinum & catholicos cae
teros errare confidenter asseuerans, quasi eidem condolens
Augustino scripsit se non inuenire quidnam ante aeterni iudicis
tribunal positus, deserto Manicheo, respondere valeret. Mos
nempe iste est haeticorum. At vero dum ecclesiam audire nolunt,
nec ferunt suam christianae disciplinae iugo colla submittere,
illudentibus sibi spiritibus mendacij & erroris, in manifestos
corruunt errores, & per fide execrandas peritent blasphemias,
quod Luther ipse seu author quisquis est opusculorum illius edito
rum nomine, luce clarius demonstrat, qui dum ecclesiae & sanctorum
patrum salutaria respuit documenta, & haesiarcha factus est
& virulentus veterum haesum innovator. De libero namque ar
bitrio differens Manicheos sequitur, de contritione & ijs quae
eae praecedunt, Hussitas, Vnde uistas vero de confessione. De
praecipitis Begardos. Catharos de punitione haeticorum, de
immunitate ecclesiasticorum & Evangelicis consilijs Valden
ses & Bohemos. De iuramento, consentit haeticis qui se ia
ctitant de ordine apostolorum. De obseruatione legalium Ebio
nitarum haesi perpinquat. Caeterum de sacramentali absolutio
ne, satisfactione, preparatione ad Eucharistiam, scripturas non
aduertens sed peruerses, item de peccatis, de poenis purgatorij, de ge
neralibus concilijs, non ferendos disseminat errores. Sed & de
philosophiae praeclearis institutis perperam loquitur ignarus, sicut de
potestate ecclesiastica, & de indulgentijs multa. Nec tam pesti
feram doctrinam euomuisse contentus, librum insuper edidit, si
titulo credis, cui de Captiuitate Babylonica nomen indidit,
usque adeo varijs respersum erroribus, ut iure cum Alchorano
conferri mereat. In eo siquidem extinctas haeses & funditus ex
tirparas, quarum ne vestigia quidem vlla restabant, super his praeser
tim quae ad sacramenta ecclesiae spectant, suscitare, ac in lucem
reuocare totis animi viribus contendit. Scriptor quicumque is

6
ē ecclesie nimirū Christi hostis perniciosus & antiquarū blasphemiarū instaurator execrandus, Bohemorū, nāq; Albigenisū Valdensiū, Heracleonitarū, Pepucianorū, Erianorū, Lampe rianorū, Iouinianistarū, Artotyritarū, ceterorumq; id genus monstrorū infania, per auctore in eodē comprobant libro, cōmendant, extollunt. Quare nr̄e p̄fessionis esse agnosce tes hmōi pullulantibus pestiferis erroribus magisq; ac magis in dies excrecentibus toto conatu obuiare, qd̄ tandē nobis de hmōi doctrina visum sit plane aperire volum⁹, & nostrā sup̄ ea sententiā christianis oibus publicare, ne, qd̄ absit, eli minata iā pridē tā multiplex impietas quantū in nobis ē, vltē rius serpat, & doctrina fallax a patre mendaci exorta fidelē inficiat populum dei.

Solliciti⁹ itaq; p̄ nos examinata ac maturius vniuersa doctrī na Lutheriano ascripta noi, & ad plenū discussa, execrandis illā erroribus scatero certo deprehendimus & iudicauimus, fidē potissimū contingentibus & mores. Quōq; simplicis populi seductiua sit, oibus doctoribus iniuria, potestati ecclesie & ordini Hierarchico impie derogatiua, aperte schismatica sacre scripturæ aduersa, & eius deprauatiua, atq; in spiritum sanctū blasphema, & ideo veluti reipublicæ christianæ perniciosam censemus omnino exterminandā ac palam vlticibus flammis committendā. Authorē vero ad publicā abiurationē nē modis oibus iuridicis compellendū.

Vt aut̄ id clarius cunctis innotescat aliquot ex p̄fatis scriptis excerptas p̄positiones ordine quodā digessimus, & nostrā cuiq; adiecimus censurā patrū nostrorū morē imitati, qui alie nus utiq; nō ē ab obseruata p̄ apostolos lege definiendi. Pro posito nāq; de legalium obseruatione dubio, quid sentiret, ipsi paucis explicuerūt, rationibus (cur ita definirent) nullis scrip to mandatis, quē modū quoq; decernendi sacra consueuerūt tenere concilia. Materie vero per nos discussę hæ præsertim quas impræsentiarū edere constituimus, secundū suas inuicē connexiones sequenti monstrant indice.

INDEX MATE

riarū ex varijs Lutheri libris excerptarū per Theologię
vniuersitatis Parisiēn. facultatē. Et primo ex libro
de Captiuitate Babylonica.

- De Sacramētis.
- De constitutionibus ecclesię.
- De operum æqualitate.
- De votis.
- De diuina essentia.

MATERIA EX

alijs eiusdem Lutheri libris excerpta.

- De conceptione beatę & gloriolę virginis.
- De contritione.
- De confessione.
- De absolutione.
- De satisfactiōe.
- De accedentibus ad Eucharistiā.
- De certitudine charitatis habitę.
- De peccatis.
- De præceptis.
- De consilijs Euangelicis.
- De purgatorio.
- De concilijs vniuersalibus ecclesię.
- De hæreticorum pœna.
- De legalium cessatione.
- De bello aduersus Turcas.
- De immunitate ecclesiasticorum.
- De libero arbitrio.
- De Philosophiā & Theologia scholastica.

Propo.

Secunda

Tercia

Quarta

Quinta

Sexta

Septima

PROPOSITIO

nes ex libro Lutheri, qui de Captiuitate Babylonica in
 scribit, collectæ, & p Theologorū Parisien facultatē
 damnatæ, Scribent at ppositiones ipæ maiusculis,
 & condemnationes minoribus characteribus.

De Sacramentis.

Propō. I.

RECENS est inuentio sacramentorum.

Hæc ppositio inuens recenter ab hoibus inuenta esse sa-
 cramenta & non a Christo instituta, est temeraria, impia, &
 manifeste hæretica.

Secunda

SACRAMENTVM ordinis ecclesia Christi ignorat.

Hæc ppositio est hæretica, & ē error pauperū de Lugdu-
 no, Albigenſium, & Vicleuistarū.

Tertia

OMNES Christiani hnt eandē potestatē in verbo & sacra-
 mento quocunq;

Quarta.

CLAVES ecclesiæ sunt oibus communes.

Quinta.

OMNES Christiani sunt sacerdotes.

Quælibet harū triū ppositionū est ordinis Hierarchici
 destructiua & hæretica, & est error præfatorū hæreticorū si-
 mul & Pepucianorū.

Sexta.

CONFIRMATIO & extrema vnctio nō sunt sacramen-
 ta a Christo instituta.

Hæc ppositio ē hæretica, & p prima parte est error Albi-
 genſiū & Vicleuistarū, p secunda vero Heracleonitarū.

Septima.

MISSA passim creditur esse sacrificiū qd offertur deo, inde
 Christus hostia altaris dicitur. Sed Euangeliū non sinit mis-
 sam esse sacrificiū.

Hæc ppositio quo ad secundā partē scilicet Sed Euange-
 liū & ē. est impia, in sacrosanctū Euangeliū blasphemata ac hæ-
 retica, prout vocabulo missa cū Gregorio vtimur.

Octaua.

MANIFESTVS est error missam applicare seu offerre p
 peccatis, p satisfactionibus, p defunctis, aut quibuscunq; ne-
 cessitatibus suis aut aliorū.

Hæc propositio est in ecclesiam catholicam Christi sponsam contumeliosa & hæretica, & est Erianorū, hæreticorū, & Artotyritarū erroribus conformis.

IIIIX

NON ē dubiū vniuersos hodie sacerdotes & monachos eū episcopis & omnibus suis maioribus esse idolatras in statu periculosissimo agentes, obmissæ seu sacramenti ignorantiam, abusionem, & irrisionem.

Nona,

IIIIIX

Hæc propositio est falsa, maxime scandalosa, vniuerso ecclasiastico statui contumeliosa, arroganter & stulte prolata. Et in eo quod præten dit neminē in statu salutis esse nisi qui huiusmodi erroribus acquiescit, cū Donatistarū, Ascitarum, & Apostolicorū perfidia conueniens, asserentium non nisi apud se remansisse ecclesiam dei.

XIX

CREDO firmiter panē esse corpus Christi, ait Luther.

Decima,

Hæc credulitas Lutheri ē absurda, hæretica, & olim damnata.

NEGARE laicis vtrancq; speciē est impiū & tyrannicū.

Vndecima,

Hæc propositio est erronea, schismatica, impia, & ex damnato errore Bohemorum elicita.

Proposio

BOHEMI hæretici & schismatici nō sunt nominandi, sed Romani.

XII.

Hæc propositio est falsa, perfidia Bohemicae impie defen sita & ecclesie Romanæ contumeliosa.

MATRIMONIUM nō est sacramentū diuinitus institutū sed ab hominibus in ecclesia inuentū.

XIII.

Hæc propositio est hæretica & olim damnata.

CONIUNCTIO viri & mulieris tenet quocuncq; modo contra leges hominū contigerit.

XIII, Propo

DEBENT sacerdotes ea oīa matrimonia confirmare q̄ contra ecclesiasticas vel pontificias leges fuerint contracta, in quibus Papa p̄t dispensare & q̄ nō s̄t in scriptura sacra expressæ.

XV.

Vtraq; harū ppositionū est falsa, ecclesie potestati impie derogatiua, & ex damnato Valdensi errore pcedens.

Propo. I.

TOTA efficacia sacramentorū nouæ legis ē ipsa fides.

XVI.

Hæc propositio est efficacie sacramentorum nouæ legis impie derogatiua & hæretica.

B.

XVII.

Q VICQ VID credimus nos accepturos esse reuera accepimus, q̄cqd agat, nō agat, simulet aut iocet minister.

Hęc p̄positio est absurda, ex erroneo scripturę intellectu asserta & hęretica.

XVIII.

PERICYLOSVM immo falsum est opinari pœnitentię esse secundā tabulā post naufragiū.

Hęc p̄positio ē temeraria erronee ac fatue asserta, ac beato Hieronymo illam ponenti iniuria.

XIX.

Q VI sponte confessus siue correptus veniam petierit & emendauerit corā quouis priuatiū fratre, nō dubito a peccatis suis illū esse absolutū.

Hęc p̄positio innuēs laicos tā viros q̄ mulieres potestati clauis habere, ē falsa, sacramentis ordinis & pœnitentię contumeliosa, & hęretica, cū errore conueniens Valdensiū, & Quintillianorum.

Propositio

De cōstitutiōibus ecclesie

NEQ; Pāpa neq; Episcopus neq; vllus hoim habet ius vnus syllabę constituendę sup christianū hominē, nisi id fiat eius, dē consensu, & q̄cqd aliter sit, tyrannico spiritu sit.

Hęc p̄positio est a debita subditorū erga p̄latos & superiores subiectione & obedientia retractiua, legū posituarū seditiose destructiua, ac in fide & moribus erronea, & ē error damnatus Valdensiū cū errore Erianorū conueniens.

Propositio

De operum aequalitate

OPERA nihil sunt corā deo, aut oia sunt æqualia, quantum ad meritū attinet.

Hęc p̄positio est falsa, sacris eloquijs aduersa, atq; erroris Iouinianistarū conformis.

Propō. I.

DE VOTIS

SVADENDVM vt vota prorsus oia tollant, aut vitent.

Hęc p̄positio est Christi doctrinę & sanctorū patrū obseruationi qui vouere consulant, contraria, ex errore procedens Lampertianorū, Vuideuistarū, & eorū qui se iactabant

de ordine apostolorum.

PROBABLE est vota hodie non valere nisi ad operū iac-
tantiā & præsumptionē.

Secunda.

Hæc ppositio est falsa, statui religionis contumeliosa, &
præfatis erroribus consona.

DE DIVINA ES

sentia & forma corporis humani.

Propositio

ISTIS nouissimis trecentis annis multa perperā determina-
ta sunt, quale est essentiā diuinā nec generari nec generare,
& animā esse formā substantialē corporis humani.

Hæc propositio est falsa, ab homine qui alienus est a ca-
tholica ecclesia arroganter asserta, ac sacris concilijs genera-
libus iniuria.

PROPOSITIO

nes excerptæ ex alijs Lutheri libris damnatæ vt pmissum ē.

ET PRIMO DE

Conceptione beatæ Mariæ virginis.

Propositio.

CONTRADICTORIA huius ppositionis, beata virgo
ē concepta sine peccato originali, nō est reprobata.

Hæc ppositio est falsa, ignoranter, & impie contra hono-
rē immaculatæ virginis asserta.

DE CONTRITIO

ne & ijs quæ eam præcedunt.

Propo. I.

LEGE manifestata aut in memoriā reuocata mox sequitur
augmentū peccati si grā desit.

Hæc propositio loquendo de gratia gratum faciente, est
falsa, a recta sacre scripturæ intelligentia aliena, & a medita-
tione diuinæ legis retractiua.

Secunda.

LEX ante charitatē nō operat nisi iram & auget peccatū.

Hæc ppositio ē falsa, piarū aurū offensiuua, in deū & eius
legē blasphemata, nec intentioni Pauli conformis.

Tertia. OPERA quęcumq; ante charitatē sunt peccata & damnabilia & indisponētia ad gratiam.

Hęc propositio est falsa, temerarie asserta, peccatorū ab emendatione retractiua, & sapiens hęc esim.

Quarta. QVI bonum opus aut poenitentiā a peccatorū detestatione ante dilectionē iustitię incipi nec in eo peccari asserit, inter Pelagianos numerandus est.

Hęc propositio est falsa, & ignoranter asserta, capiēdo dilectionem iustitię pro ea quę charitatem seu gratiam gratum facientem sequitur,

Quinta. CONTRITIO quę paratur per discussionē, collectionem & detestationē peccatorū, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animę suę, ponderando peccatorū gravitatem, multitudinē, foeditatem, amissionē æternę beatitudinis, ac æternę damnationis acquisitionē, hęc inquā contritio facit hypocritā, immo magis peccatorem,

Hęc propositio est falsa, viā ad poenitentiā impeditiua scripturis sacris & doctrinę sanctorū difformis.

Sexta. NEq; timore neq; amore potest homo se erigere ad capesendam gratiam dei.

Hęc propositio est in fide & moribus erronea, oēm præparationē ad poenitentiam impie auferens.

Septima. SINE gratia primo remittente culpam, nec votum remissionis quærendæ homo potest habere.

Hęc propositio est falsa, impia, & peccatorū ad desperationem inductiua.

Octava. CHRISTVS nunq; peccatores coegit timore ad penitentiā.

Hęc propositio capiēdo cogere pro inducere, sicut capitur frequenter in scriptura sacra, est hæretica.

Nona. BONVS est timor & utilis licet sit insufficientis per quē paulatim fit consuetudo iustitię. De his verbis Augustini sequit iudiciū Lutheri Hoc est (inquit) meo iudicio consuetudo desperandi & odiendi deū si excludatur gratia.

IUDICIUM Lutheri de illo dicto Augustini Bonus est timor &c. est falsum, temerariū & impium, accipiēdo gratiā, vt supra, pro gratia gratū faciente, sicut eā accipit scriptor.

Si Iohannes scilicet baptista timorem docuisset esse initiū poenitentiae, non ideo sequitur poenitentiam incipere a timore, **Decima.**

Hac propositio est manifeste erronea, in Christum & in spiritam praecursoris eius doctrinam contumeliosa.

De confessione

Propositio prima.

ARS confitendi qua hucusque docti sumus arenam numerare, singula peccata discutere, colligere, atque ponderare ad faciendam contritionem, est ars inutilis, immo ars desperandi & perdendi animas.

Hac propositio est falsa, impia, schismatica, & confessio, ni quae est ars lucrandi animas, iniuria.

CONFESSIO illa quae nunc agitur occulte in aures, nullo potest diuino iure probari, nec ita fiebat primitus. **Secunda**

Huius propositionis prima pars est falsa, & ex ignorantia iuris diuini asserta. Secunda est temerarie posita.

SPIRITUALIS defectus est soli deo aperiendus.

Tertia Quarta.

Si oportet confiteri occulta cordis, tamen ea quae pleni sunt consensus in opus, homines debent confiteri.

PECCATA contra duo vltima precepta decalogi commissa, sunt prorsus a confessione secludenda. **Quinta.**

Quaelibet harum trium propositionum est in fide erronea & impie confessionem dimidians.

NULLO modo presumat homo confiteri peccata venialia. **Sexta.**

Hac dissuasio innuens praesumptionis esse confiteri peccata venialia, est temerari animi indicatiua, ab opere bono retractiua, & ideo perniciofa.

NON iustificamur operibus, nec poenitentibus aut confessionibus. **Septima.**

Hac propositio, loquendo de operibus bonis fidem mediatoris non excludentibus, est erronea, poenitentiae & confessionis contemptiua, & sane diuinae scripturae intelligentiae aduersa.

De absolutione

ABSOLVTIO est efficax, non quia fit, a quocumque tandem fiat, erret siue non erret, sed quia creditur.

Propositio prima.

Secunda. CREDE fortiter te esse absolutum, & absolutus vere eris, quicquid sit de tua contritione.

Tertia. ESTO per impossibile quod confessus non sit contritus, aut quod sacerdos non serio, sed ioco absoluat, si tamen credat se esse absolutum, verissime est absolutus.

Hæ tres propositiones ad sensum scriptoris sunt falsæ, impiæ, ignoranter & difformiter ad sanam sacræ scripturæ intelligentiam assertæ. Et in hoc quod dicitur, a quocumque tandem fiat, erret, siue non erret, & in eo quod subditur, non serio, sed ioco absoluat, sunt peccatum aurium offensivæ, sacramenti poenitentiae irrisoria, & conciliorum generalium determinationibus contraria.

Quarta. QUILIBET sacerdos debet absolvere a poena & culpa, aut peccat.

Hæc propositio ad sensum scribentis est falsa, observatio: nis & doctrina: vniuersalis ecclesiae in his quæ concernunt sacramentum poenitentiae contraria.

De satisfactione.

Propo. I. PECCATA deus & sp. & gratis remittit atque condonat nihil a nobis iniucere requirens quod ut in posterum bene viuamus.

Hæc propositio est a sententia sanctorum doctorum aliena, fideles, vana & stulta confidentia, a debita satisfactione pro peccatis retrahens, & hæretica.

Secunda. SENTENTIA est Apostoli poenam & culpam simul finiri.

Tertia. DE industria damnat propheta sententiam phantium satisfactionem, dicens, Quonia si voluisses sacrificium dedissem, holocaustis non delectaberis.

Quarta. IRRIDET Micheas propheta eos qui pro opera satisfacere volunt.

Prima harum propositionum est in Paulum. Secunda in prophetam. Tertia in Micheam contumeliosa, & omnes falsæ, impiæ, & in spiritum sanctum blasphemæ.

Quinta. VIRTUTE clauium iactant quidam solui poenas per diuinam iustitiam requisitas, quod non credo verum nec probabitur.

Hæc propositio qua negat virtute clauium poenas per diuinam iustitiam requisitas solui, est falsa, scandalosa, potestati clauium derogatiua, & in hoc quod dicitur quod non credo verum, nec probabitur, est

animi temerarij indicatiua, & arrogantis.

COMMENTVM & futile cauillū ē dicere qđ dicūt quidā **Sexta**
ga sacerdos ignorat mensurā contritionis absoluēdi, ideoq;
forte nō imponit tantā satisfactionē quantā diuina iustitia re
quirat, qđ p̄pterea necesse sit diuinæ iustitiæ satisfieri vel pro
prio opere vel indulgentijs.

Hæc p̄positio est falsa, ritui ecclesiæ & eius doctrinæ ad
uerſa, & pœnitentialis satisfactionis eneruatiua.

POENA qua deus vult peccatū punire nō potest auferri p̄ **Septima**
hominē vel per Papam.

Hæc p̄positio est authoritati ecclesiæ a Christo concessæ
impie & schismaticæ contrariens, & sapiens hæresim.

Huic materiæ annectitur vna p̄positio de
Sacramentis in genere.

HAERETICA sententia est qua sacramenta nouæ legis **Octaua**
gratiā iustificantē dare dicunt illis qui non ponunt obicē, cū
sit impossibile sacramentū conferri nisi iam credentibus &
dignis.

Hæc p̄positio ē falsa, temeraria, & p̄sumptuose asserta.

DE ACCEDEN

tibus ad Eucharistiā.

MAGNVS & perniciosus error est, si quis accedat ad sa- **Propō. I.**
cramentum Eucharistiæ ea nixus fiducia qđ confessus est, qđ
non sibi conscius mortalis peccati, qđ orationes & præpara
toria sua præmiserit, omnes hi iudicium sibi manducant &
bibunt.

Hæc p̄positio est impia, a debita sacramenti suscipiendi
præparatione maxime retractiua, ad desperationē inducens
& doctrinæ Pauli contraria, nec fideles ea nixi fiducia seclu
dunt diuinā misericordiā.

PROBATIO qua homo peccata sua discuit, atq; ponde **Secunda**
rat, non pertinet nisi ad insensatos & crassos sacramenti con
temptores.

Hæc p̄positio est temerarie, & arroganter asserta, impia,
& scandalosa.

DE CERTITVDI

ne charitatis habitā.

Propositio
prima.

PESSIME docent Theologi, quando dicunt, nos nescire quando sumus in charitate.

Hæc propositio, intelligendo nescire certitudine fidei, de qua loquitur scribens, est falsa, sacris doctoribus dissona, & sanæ intelligentiæ scripturæ.

Secunda.

CAVEAT omnis Christianus ne vnq̄ incertus sit, an deo placeant opera sua, qui em̄ sic dubitat, peccat, & perdit opera sua cuncta, frustra q̄ laborat.

Huiusmodi consiliū, loquendo de certitudine vt supra, ē temerariū, p̄niciosum, & sacris eloquijs disforme.

DE PECCATIS

Propō. I.
Secunda.

IVSTVS, in omni bono opere peccat.

OMNE opus bonū optime factū, est peccatū veniale.

Vtraq̄ harū p̄positionū est falsa, piarū aurīū offensiua, ac bonorū operū infamatiua.

Tertia.

Q nō oi tempore pœnitemus, & resipiscimus, vitiū est.

Hæc p̄positio, vt vitiū dicit culpā ad sensū scribētis ē falsa, irrationabiliter, & ex erroneo scripturæ intellectu asserta.

Quarta.

HOC est mortaliū mortalissimū nō credere se esse damnabili & mortali peccato obnoxīū corā deo.

Hæc propositio est falsa, impia, desperationis inductiua, & sapiens hæresim.

Quinta.

THEOLOGI docentes regula sua venialia peccata esse distincta a mortalibus, ad insanīā perditissime nituntur trahere hominū conscientias.

Hæc propositio est stulte & præsumptuose asserta, sacris doctoribus iniuria, & inquantū prætendit venialia nō distincta a mortalibus, est hæretica.

DE PRECEPTIS

Propō. I.

Q VI negat deū nobis impossibile iussisse, pessime facit, & qui hoc falsum esse dicit, plusq̄ pessime facit.

17
Hæc ppositio est scandalosa, impia, legis Christianæ infama, ac auctore Augustino in deū blasphema.

SOLA duo vltima decalogi pcepta sunt, quæ a nullo quā **Secunda.**
cūlibet sc̄to aliquo mō implent, cætera oia implēt. Sed in his
duobus manēt rei & peccatores, q̄a nihil de istis implent.

Hæc ppositio est erronea, impia, in legem & legislatorē
blasphema, & in sanctos contumeliosa.

OMNE pceptū dei magis positū ē vt ostendat præteritū **Tertia.**
& præsens peccatū, q̄ vt futurū phibeat, siquidē iuxta Apo-
stolū, Per legē nihil nisi cognitio peccati.

Huius ppositionis prima pars ē falsa, temerarie, & sine ra-
tione asserta. Secunda vero, q̄ iuxta Apostolū per legē & c.
est erronea, legi intentioniq; Pauli contraria.

Q VIA hoi charitatē habenti nulla lex necessaria ē, ideo p **Quarta.**
hoc pceptū, Sabbata sanctifices, nō opus p̄cipit, sed quies.

ISTVD pceptū tertium Sabbata sanctifices, cessauit p̄prie, **Quinta.**
immo oia q̄ ad pfectos Christianos, q̄a iusto nō ē lex posita.

INFIRMIS q̄ nondū sunt mortificati sc̄dm veterē hominē **Sexta.**
opus ē, vt certis officijs, diebus, modis, occupent, vigilijs, ieiun-
ijs, orationibus, disciplinis, & similibus, q̄bus pueniāt ad p-
fectū interioris hois, vt vbi corpus fuerit calligatū, & in serui-
tutē fuerit redactū, & mortificatæ passiones, tū ipsa cessent
paulatim, & im̄minuant quantū p̄fecerit interior hō, adeo
vt si pfectus fuerit illa omnino cessare debeant.

Q ualibet harū triū ppositionū precedentū, est ex erro-
neo scripturæ intellectu asserta, iure in concilio Viennensi
contra Begardos reprobata, & hæretica.

De Consilijs Euāgelicis.

ILLVD verbū Christi, Matthæi quinto. **Qui te p̄cusserit** **Propō. I.**
in maxillā dextrā & c. Et illud ad Romanos. xij. **Nō vos de-**
fendentes charissimi & c. nō sunt consilia, sicut etiam multi
Theologi errare vident, sed pceptū.

Hæc ppositio est falsa, legis Christianæ nimium oneratiua,
& sanæ intelligentiæ scripturæ aduersa.

REQ VIRERE corā iudice de iniuriā reparationē Chri. **Secunda.**

stianis prohibutum est.

Tertia.

Hæc ppō est falsa, scādaloſa, iuri diuino naturaliq; diſſonā
Q VIA Chriſtianus temporalia nō debet amare, ideo prop-
ter ea non debet iurare.

Quarta.

Hæc propositio est in moribus erronea, & sapiēs hæreſim
IVDEIS ad libitum verū iurare est permiſſum.

Hæc propositio si intelligatur pmiſſum tāq; licitū, falsa est
diuino præcepto ad uerſa, & antiquus error Iudæorum.

De purgatorio.

Propositio
prima.

Scriptura diuina tota prorsus nihil habet de purgatorio.

Hæc propositio est falsa, Valdēsium errorem maxime fo-
uēus, ac sanctorum patrum ſententiæ repugnans.

Secunda.

NON videtur probatū eſſe q̄ animæ in purgatorio ſunt ex-
tra ſtatū meriti, ſeu augendæ charitatis.

Hæc propositio est falsa, temerarie & impie aſſerta, & in
hoc qd̄ præſendit animas in purgatorio non eſſe extra ſtatū
meriti, ſeu augendæ charitatis, & in fide erronea.

Tertia.

NON videtur probatū eſſe q̄ ipſe aīæ in purgatorio ſint de
ſua beatitudine certæ & ſecuræ, ſalṫe omnes.

Hæc propositio est falsa, & præſumptuoſe aſſerta, & in
hoc qd̄ prædit animas purgatorij nō eſſe certas de ſua beati-
tudine, eſt traditioni eccleſiæ & doctrinæ ſanctorū cōtraria.

Quarta.

ANIME in purgatorio peccāt ſine intermiſſione q̄ diu hor-
rent pœnas & petūt requiē, quia q̄runt q̄ ſua ſunt pluſq; volū-
tatē dei, quod eſt cōtra charitatem.

Hæc propositio est falsa, impia, purgandis animabus iniū-
ria, & hæretica.

Quinta.

IMPERFECTA ſanitas ſeu charitas morituri neceſſario
ſecum fert magnum timorem, tantoq; maiorem quanto mi-
nor fuerit ipſa.

Sexta.

POENA purgatorij ē p̄pauor & horror dānatiōis & infernā

Vtraq; harum propositio eſt falsa, temerarie, & ſine
ratione poſita.

Septima.

PROBABLE eſt animas purgatorij præ cōfuſione neſcire
quo ſtatu ſint, dānnatæ an ſaluatæ, immo ſibi videntur iā tre

in damnationem & descendere in lacum.

ANIME in purgatorio nihil aliud sentiūt q̄ incipere suā dā-
nationē, nisi q̄ sentiūt nondū clausam post se portā inferi. **Octava.**

Vtraq; harum propositionū est falsa, piarum aurīū offen-
sua, voluntate & irrationabiliter posita, & statui animarum
purgatorij iniuriosa.

OMNES animæ in purgatoriū descendentes sunt imperfe-
ctæ fidei seu sanitatis, immo per quātācumq; ablationē poena-
rum non essent sanæ nisi prius ab eis auferatur peccatū, id est
imperfectio fidei, spei, & charitatis. **Nona.**

Hæc propositio quantū ad omnes partes est falsa, & teme-
rarie asserta, ac sanæ scripturarum intelligētiæ dissona.

De concilijs generalibus

VIA iam nobis facta est eneruādi authoritatem cōciliorū &
libere cōtradicēdi eorū gestis ac iudicandi eorū decreta. **Propō. I.**

Hæc propositio, si velit scriptor, licitum esse cuipiā consi-
lij legitimi authoritati cōtradicere in ijs quæ fidem & mores
concernunt, est schismatica, & hæretica.

CERTVM est inter articulos Ioannis Hus vel Bohemorū **Secunda**
multos esse plane christianissimos & euangelicos, quos non
possit vniuersalis ecclesia damnare.

Hæc propositio, loquēdo de articulis cōdēnatis, de quibus
intēdit scriptor, est falsa, impia, & sacris concilijs iniuria.

ISTI duo articuli, vnica est sancta vniuersalis ecclesia quæ ē
p̄destinatorū vniuersitas, & vniuersalis sancta ecclesia tantū
est vna sicut tantū est vnus numerus p̄destinatorū, nō sunt
Ioannis Hus, sed Augustini super Ioannem. **Tertia.**

Hæc propositio, ad Hussitarum intelligentiā, est falso Au-
gustino attributa, articuli autē loquendo de ecclesia militāte
de qua ibi fit sermo, sunt ppositiones hæreticæ.

ISTE articulus, duæ naturæ diuinitas & humanitas sunt vn⁹
Christus, est a catholicis cōcedendus. Et similiter ille, diuisio
humanorū operum est q̄ sunt virtuosā vel vitiosa, quia si ho-
mo est vitiosus & agit quicq; vitiose agit, & si est virtuosus
& agit quicq; virtuose agit. **Quarta.**

Hæc propositio est falsa, & ex ignorantia veræ theologiæ asserta, primus autem illorum articulorum, scilicet duæ naturæ & c. est propositio hæretica. Secundus vero, scilicet diuisio humanorum operum & c. est propositio sapiens hæresim.

DE SPE

SPES non prouenit ex meritis.

Hæc propositio est falsa, præsumptionis inductiua, ac sacræ scripturis difformis.

De poena Hæreticorum.

Propo. I. HAERETICOS comburi est contra voluntatē spūs.

Hæc propositio est falsa, contra voluntatē spūs diuini asserta & errori Catharorum & Valdensium consona.

De obseruatione legaliū.

Propositio LICET opera legis quæcunq; fieri si ea requirat charitas fraterna modo non lege cogente, quo casu licet etiā modo circumcidi sine periculo & cum multo merito.

Hæc propositio est Christianæ legi inimica, Iudaicæ perfidie fauens, & hæretica.

De bello contra Turcas.

Propositio PRAELIARI aduersus Turcas est repugnare deo visis tanti iniquitates nostras per illos.

Hæc propositio vniuersaliter intellecta, est falsa, nec sacræ eloquijs conformis.

DE IMMVNITA

te ecclesiasticorum.

Propositio SI Imperator & Principes reuocent libertatē datā personis & rebus ecclesiasticorum, non potest eis resisti sine peccato & impietate.

Hæc propositio est falsa, impia, schismatica, libertatis ecclesiasticæ eneruatiua, ac impietatis tyrannicæ excitatiua & nutritiua.

De libero arbitrio.

LIBER VM arbitriū nō est dñs actūū suorū.

Hæc ppositio ē falsa, sacris doctoribus, ac oī doctrinæ mo- Propō. I
rali aduersa, cū Manichæorū errore conueniens, ac hæretica.

FRVSTRA garrunt sophistice actum bonum esse totū
a deo sed non totaliter. Secunda

Hæc ppositio ē sanctis doctoribus eā ponētibus iniuria,
Ambrosio potissimū Augustino & Bernardo, quos hic So-
phistas appellat, & quantū ad id qđ p̄tendit actū bonū esse
totaliter a deo, & nullo mō a libero arbitrio, ē hæretica.

LIBER VM arbitriū dū facit qđ in se ē, peccat mortaliter. Tertia.

Hec ppō ē scandalosa, impia, in fide & moribus erronea.

LIBER VM arbitriū an gratiā nihil valet nisi ad peccandū.
nō aut ad pœnitendū, ex Augustino de spiritu & litera. Quarta.

Hæc ppositio, accipiendō gratiā p grā gratū faciente, de
q̄ loquit̄ scriptor, ē erronea, errori Manichæorū conformis, a
sacris eloquijs aliena, puerse & trūcate ex Augustio allegata

LIBER VM arbitriū sine grā tātō magis appropinquat ini-
quitati quātō fortius intenderit actioni, ex Ambrosio. Quinta.

Hæc ppositio, accipiendō gratiā vt prius, est falsa, piarum
auriū offensiuā, a bonis operibus retrahens, inique & muti-
late ex Ambrosio excerpta.

DE PHILOSOPHI

a & Theologia scholastica.

PHILOSOPHIA Aristotelis de virtute morali, de obie- Propō. J.
cto, de actu elicito talis est quæ nec in populo doceri possit,

nec est ad scripturæ intelligentiā utilis, q̄a continet dūtaxat
portenta v̄borū nō nisi ad contentiones v̄borū conficta.

Hæc ppositio quantū ad oēs suas partes, loquendo de phi-
losophiā Aristotelis, in his maxime in qbus a fide nō disce-
dit, est falsa, & tanq̄ ab inimico scientiæ arroganter ac inspi-
enter asserta.

OMNES virtutes morales & scientiæ speculatiuæ nō sunt
veræ virtutes & scientiæ, sed peccata & errores. Secunda.

Hæc ppositio quantū ad primā partē, q̄ virtutes morales sunt peccata, est eodē modo qualificanda, sicut prius fuit illa qualificata. Opera quæcūq; añ charitatē sunt peccata. Quā tū autē ad alterā, q̄ scilicet scientiæ speculatiuæ sunt errores, ē manifeste falsa.

Tertia

THEOLOGIA scholastica ē falsa scripturæ & sacramentorū intelligentia, & exulē nobis fecit verā & syncerā Theologiam.

Hæc ppositio est falsa, temerarie superbe & asserta, ac sanæ doctrinæ inimica.

Quarta.

IN sermonibus Ioannis Tanleri lingua teutonica conscriptis plus reperio, dicit Luther, Theologiæ solidæ & synceræ q̄ in vniuersis oim vniuersitatū scholasticis doctoribus reperitū est, aut reperiri possit in oibus suis sententijs.

Propositio quā Luther assertit, est manifeste temeraria.

Quinta.

Q. VO tpe cœpit Theologia scholastica, id est illusoria, eodē euacuata ē Theologia crucis, suntq; oia plane puerfa.

Hæc ppositio est falsa, præsumptuose, & irrationabiliter asserta, & errori Bohemorū damnato vicina.

Sexta.

LIBIDINEM corrumpendæ scripturæ iam ferme trecentis annis patitur ecclesia incomparabili damno suo a doctoribus scholasticis.

Hæc propositio est falsa, stulte & malitiose asserta.

Septima.

THEOLOGO scholastici Aristotelis moralia prorsus conuenire mentiti sunt cū Christi Pauliq; doctrina.

Hac ppositione impudenter, & falso Theologis scholasticis imponit scriptor, quod nō est verū, q̄ satis exploratū sit in multis moralia Aristotelis, cū Christi Pauliq; doctrina consentire.

**Propositio
Lutheri.)**

Addit & hæc ex lib. de Captiuitate Babylonica.

IN Dionysio q̄ scripsit de Cœlesti Hierarchia, nihil ferme est solidæ eruditionis. Et oia sunt illius meditata in præfato libro, ac somnijs prope simillima. In Theologia autē mystica perniciosissimus est, Platonizans magis q̄ Christianizans, in ecclesiastica vero Hierarchia ludit allegorijs, quod est, otiosorū hominū studiū.

Hæc ppositio est falsa, temerarie & arroganter asserta, ac viro sc̄to insigni eruditione claro iniuria, quẽ Damascenus diuinũ Areopagitã, Pauli discipulũ, sacerrimũ & delloquentissimũ appellat.

CONCLUSIO.

NOS Præfati Decanus & facultas præmissa hæc oia tpe multo examinauimus, & quid de his sentirent ecclesiastici doctores, quid ve sacra concilia, quid insuper in scripturis sanctis cauere diligentè annotauimus post quod examen n̄m apud Sorbonã sæpius frequentatũ, in plerisq; nostris iuramentũ vocatis & factis concionibus vnanimi oim voto fuerũt cõclusa, ac definita ac demũ ex abũdanti in gñali n̄ra cõgregatione apud sanctũ Mathurinũ rursus iuramentũ sup his specialiter denunciata hæc eadẽ post missam more n̄ro celebratã iterũ concordĩ oim assensu laudauimus, comprobauimus, ac rata habuimus, laudamus, cõprobamus, & rata habemus & vt talia inconcussa tenenda n̄ra sententia diffinimus, & decernimus. Acta fuerũt hæc anno ab incarnatiõẽ dñi, M. D. XXI, die, XV, Aprilis, in quorũ testimoniũ ijs instrumentis quæ in Archiuis & scrinijs nostris ad ppetuã rei memoriã reseruamus Sigillũ n̄m duximus apponendũ. Ad quorũ exemplar de mandato n̄ro præsentẽ fuisse fideliter impressas testamur.

Impressum ANTVERPIAE per me GVILHELMVM Vorsterman, Anno dñi, M. D. XXI.

In nomine domini Amen. Nos Johannes Baptista ...

CONCLUSIO.

NOS

Procurator & facilius ...

Impressum in ... Anno dñi M.D.CXII.